

DOCUMENTOS CONTEMPORANEOS

Capitulum Provinciale
Provinciae Augustinianae Ssmi. Nominis Jesu in Hispania
In Domo Matritensi v. San Manuel y San Benito
Celebratum
Anno Domini 1948

In nomine D. N. Jesu Christi benedicti. Amen.

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quadragésimo octavo die decima quarta et sequentibus mensis julii celebrata sunt Comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius provinciae Ssmi. Nominis Jesu in Hispania in Domo matritensi v. de San Manuel y San Benito, prout ab Adm. R. P. Priore Provinciale, Fr. Emmanuele Alvarez Gutiérrez, litteris datis die 28 martii, eodem anno, indicta fuerant.

Itaque cum die duodecima ad praedictam Domum convenerint Patres Vocales, eadem die post Vesperas, signo campanulae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc P. Provincialis, praemissis praemittendis, mandavit ut si quis a Rvmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas, easdem statim proferret. Mox Adm. R. P. Lect. Assistens Generalis, Fr. Carolus Viña Murguiondo litteras Revm. P. Prioris Generalis praesentavit, per quas dicti Capituli Praesidens constituebatur idem Adm. R. P. Assistens Generalis, qui, nullo renuente, ab omnibus pro legitimo Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Iudices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt R. P. Lect. Herminius Rodríguez González, R. P. Matthaeus Lanseros Martínez et R. P. Caesarius Alvarez Nieto.

Die sequenti, celebratis Officio et Missa defunctorum, R. P. Aemilianus del Cueto Pérez recitavit elogium Fratrum ab ultimo Capitulo defunctorum. Quo finito, Adm. R. P. Praeses illorum animas ac amnium nostrorum benefactorum Deo commendavit precibus ritualibus.

Die decima quarta post celebrationem Missae de Spiritu Sancto, Adm. R. P. Praeses Consilium Capituli coadunavit ad deliberandum utrum essent admittendi ad suffragium ferendum PP. Superiores Domorum de Brotas, Río Verde, Nova Granada et Schmidt, qui litteras testimoniales de adimplerone non miserunt. Patres Consilii Capituli provincialis eex calculis albis, undecim vero nigris schedas praedictorum Patrum vocalium haud esse admittendas decreverunt.

Hora undecima, praemissis precibus ritualibus, coram omnibus in loco Capituli consedentibus Adm. R. P. Provincialis officium suum in manibus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, a primo Indice Causarum et Examinatore Litterarum, R. P. Herminio Rodríguez González recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Adm. R. P. Lect. Assistens Generalis Fr. Carolus Vicuña Murguiondo, Praeses Capituli.

Adm. R. P. Lect. Emmanuel Alvarez Gutiérrez, Provincialis emeritus.

RR. PP. Definitores, nempe:

R. P. Lect. Iulianus Negrete de la Peña, Primus Definitor.

R. P. Lect. Herminius Rodríguez González, Secundus Definitor.

R. P. Isidorus Martín Vara, Tertius Definitor.

R. P. Ludovicus Camblor Vega, Quartus Definitor.

R. P. Marianus de la Mata Aparicio, Commissarius Vice-Provinciae Brasiliensis.

R. P. Augustinus García Fernández, Commissarius Vice Provinciae Argentinensis.

RR. PP. Piores Conventuum, videlicet:

R. P. Lect. Js. Desiderius García García, Prior Conventus S. Mariae de Vite.

R. P. Franciscus Valcarce García, Prior Domus de Talavera de la Reina.

R. P. Félix García Vielba, Prior Domus matritensis de S. Manuel y S. Benito.

R. P. Leo Merino Vega, Prior Collegi S. Augustini, de Santander.

R. P. Caesarius Alvarez Nieto, Prior Collegii S. Augustini, de Ceuta.

R. P. Aemilianus del Cueto Pérez, Prior Domus de Cádiz.

R. P. Antonius Alvarez Arias, Prior Collegii matritensis B. M. V. de Bono Consilio.

R. P. Attilanus Alvarez Alvarez, Prior Domus de Puerto de Santa María.

R. P. Florentinus Díaz Mallo, Prior Conventus S. Augustini, de Palencia.

R. P. Michael Revilla Valbuena, Prior Collegii S. Augustini, de Sao Paulo.

R. P. Bonifatius Mata Vaquero, Prior Collegii S. Augustini, de Buenos Aires.

R. P. Anicetus Miguel Gil, Prior Domus de Alvarez.

R. P. Felicianus González Rodríguez, Prior Domus de Chilcoy.

R. P. Isaac Cruzado Aránguiz, Prior Domus de Rosario.

R. P. Richardus Llamas García, Prior Domus de Mendoza.

R. P. Leovigildus Tabernero Mateos, Secretarius Provinciae.

RR. PP. Discreti Conventuales, scilicet:

R. P. Letc. Matthaeus Lanseros Martínez, Discretus Conventus S. Mariae de Vite.

R. P. Lect. Js. Attilanus Sanz Pascual, Discretus Domus Matritensis de S. Manuel y S. Benito.

R. P. Iosephus Ramírez Simón, Discretus Collegii S. Augustini de Santander.

R. P. Ioannes Baptista Soto Alvarez, Discretus Collegii S. Augustini de Ceuta.

R. P. Clemens Fernández Suárez, Discretus Domus de Cádiz.

R. P. Iosephus Arcos Dulanto, Discretus Collegii matritensis B. M. V. de Bono Consilio.

R. P. Letc. Js. Thomas Igelmo Campo, Discretus Domus de Puerto de Santa María.

R. P. Paulinus Marcos García, Discretus Conventus S. Augustini de Palencia.

R. P. Laurentinus Gutiérrez Alonso, Discretus Collegii S. Augustini de Sao Paulo.

R. P. Eligius Tutor del Pozo, Discretus Domus Circumscriptiones de Río Verde.

R. P. Iulius López Miguel, Discretus Domus de Schm'dt.

R. P. Letc. et Ex-Prov. Bruno Ibeas Gutiérrez, Discretus Collegii S. Augustini de Buenos Aires.

R. P. Ioannes Domínguez González, Discretus Domus de Rosario.

Vocales, ergo erant triginta septem, sed quia Adm. R. P. Praeses iuri suffragandi renuntiavit, partem habentes in electione fuerunt tantum triginta sex. Post orationem de electione Provincialis dictam a R. P. Francisco Valcarce García, dimissis vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus iurerando emisso de eligendis in Provinciale et in Definitorum quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta: i. e. R. P. Desiderius García García, R. P. Florentinus Díaz Mallo et R. P. Leo Merino Vega, et iuramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est.

Facto ac publicato unico scrutinio, compertum est Adm. R. P. Felicem García Vielba habuisse suffragia duodeviginti; Adm. R. P. Lect. Emmanuelem Alvarez Gutiérrez quindecim, et R. P. Isidorum Martín Vara unum, duo vero schedae albae repertae sunt, ac proinde maioritatem suffragiorum absolutam

retulisse Adm. R. P. Felicem García Vielba. Postea primus Scrutatorum nomine Praesidis, suo et omnium electorum denunciavit et publicavit dictum Adm. R. P. Felicem García Vielba fuisse canonice electum in Priorem Provinciale Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania Ordinis Eremitarum S. Augustini, atque emissis ab electo professione fidei et iuramento contra modernismum, in officio a P. Praesidente confirmatus fuit. Deinde deductus fuit in Oratorium, ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manu deoscularunt.

De hac electione separatum publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutatoribus subscriptum, in archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post Vesperas ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt, ut Definidores eligerent; servatisque servandis, Adm. R. P. Provincialis ad munus primi Definitoris tres Patres proposuit: R. P. Turibium de Castro, R. P. Franciscum Valcarce et R. P. Ex-Prov. Brunonem Ibeas. Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia: R. P. Turibium de Castro duodeviginti; R. P. Franciscum Valcarce unum; R. P. Brunonem Ibeas duo; R. P. Leovigildum Taberero tredecim et duae schedae albae inventae sunt. Electus est primus.

Ad munus secundi Definitoris Adm. R. P. Provincialis proposuit: R. P. Sanctem Santamarta, R. P. Caesarem Vaca et R. P. Fidelem Otero. Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia: R. P. Sanctem Santamarta duo et viginti; R. P. Aemilianum del Cueto undecim; R. P. Felicem García unum; R. P. Attilanum Sanz unum et una scheda alba reperta est. Electus fuit primus.

Ad munus tertii Definitoris Adm. R. P. Provincialis proposuit: RR. PP. Theodorum Estalayo, Iulianum Negrete et Leonem Merino. Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia; R. P. Theodorum Estalayo quinque; R. P. Iulianum Negrete quindecim; R. P. Leonem Merino duo; R. P. Caesarium

Alvarez duodecim; R. P. Leovigildum Taberbero unum et R. P. Angelum Villarruel unum. Electus fuit secundus.

Ad munus quarti Definitoris Adm. R. P. Provincialis proposuit; R. P. Leovigildum Taberbero; R. P. Antonium Alvarez et R. P. Florentinum Díaz. Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia: R. P. Leovigildum Taberbero triginta et tres; R. P. Antonius Alvarez unum; R. P. Salvatorem García unum; R. P. Theodorum Estalayo unum. Electus fuit primus.

Ad munus primi Definitoris additi adm. R. P. Provincialis proposuit; R. P. Emmanuelem García; R. P. Herminium Rodríguez et R. P. Caesarem Morán. Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia: R. P. Emmanuelem García viginti et unum; R. P. Herminium Rodríguez duo; R. P. Caesarem Morán unum; R. P. Thomam Igelmo octo; R. P. Samuellem Díez unum; una scheda alba inventa est et duae missae per epistolam ad Praesidentem non pervenerunt. Electus est primus.

Ad munus secundi Definitoris additi Adm. R. P. Provincialis proposuit; R. P. Franciscum Valcarce, R. P. Angelum Villarruel et R. P. Matthaëum Lanseros, Facto et publicato scrutinio, compertum est retulisse suffragia: R. P. Franciscum Valcarce quindecim; R. P. Angelum Villarruel unum; R. P. Matthaëum Lanseros quinque; R. P. Attilanum Sanz sex; R. P. Thomam Igelmo unum; R. P. Turibium de Castro unum; R. P. Gabrielem Pérez unum; R. P. Ioannem Alvarez unum; una scheda alba reperta est et quatuor missae per epistolam ad Praesidentem non pervenerunt. Electus fuit primus.

In Secretarium Provincias fuit ab Adm. R. P. Provinciali propositus et a Capitulo electus R. P. Matthaëus Lanseros Martínez.

Practerea, diebus sequentibus, ad praescriptum nostrarum Constitutionum et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Adm. RR. PP. Carolus Vicuña, Assistens Generalis et Capituli Praeses; Félix García Vielba, provincialis electus; Emmanuel Alvarez Gutiérrez, Provincialis emeritus; Turibius de

Castro Sampedro, Primus Definitor; Sanctes Santamarta del Río, Secundus Definitor; Iulianus Negrete de la Peña, Tertius Definitor, et Leovigildus Tabernero Mateos, Quartus Definitor, qui auctoritate eis a NN. Sacris Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

PRIMO: DETERMINATIONES

Novas edere definitiones seu decreta necessarium minime existimamus. Omnia igitur et singula quae in NN. SS. Constitutionibus, in Statutis Provinciae a Rdm. P. Generali anno 1944 approbatis atque in Ordinationibus cuiuscumque Domus praecepta sunt, ut pio et grato animo impleantur enixe in Domino commendamus.

I. Acta S. Visitationis ab Adm. R. P. Provinciali peractae recognita fuerunt et approbata.

II. Approbatae fuerunt rationes dati et accepti Oeconomi provincialis et Domorum Hispaniae atque Vice-Provinciarum Brasiliensis et Argentinensis. Committimus tamen examini Adm. R. P. Provincialis cum suo Definitorio rationes dati et accepti Domus de Puerto de Santa María et Collegii S. Augustini de Palencia, eo quod operum labor nondum in eis finitus est.

III. Petitiones Capitulo Provinciali nomine suo ac omnium Patrum Vice-Provinciae Brasiliensis a R. P. Commissario allatae opportune expediendae erunt ab Adm. R. P. Provinciali cum suo Definitorio.

IV. Solutio propositionum Capituli Conventualis Collegii B. M. V. de Bono Consilio Capitulo Provinciali non competit, bene vero Capitulo Generali.

V. Statuitur iuxta núm. 844 NN. SS. Constitutionum ut pro Prioris Generalis eiusque Curiae provisione Provincia nostra in hoc triennio collectam quinque millia libellorum hispanicarum solvat.

VI. Capitulum provinciale proxime futurum statuto tempore a NN. SS. Constitutionibus erit convocandum et in Collegio B. M. V. de Bono Consilio celebrandum.

VII. Approbata sunt studia RR. PP. Turibii Gallego de la Calva, Remigii Paramio Casado, Gregorii del Valle Pérez, Elisei Ildefonsi Bardón Bardón, Augustini Liébana Blanco, Iosephi López Martín et Mariani Pelayo Infante.

VIII. Electiones aliorum Officiorum hic non peractas Adm. R. P. Provincialis cum suo Definitorio in Capitulo privato faciet

SECUNDO: DISPOSITIONES FAMILIARUM

Provisio Conventus Stae. Mariae de Vite.

In Priorem electus fuit R. P. Angelus Villarruel Merino.

In Subpriorem et Magistrum Professorum R. P. Leo Merino Vega.

In Procuratorem R. P. Florentinus Díaz Mallo.

In Magistrum Novitiorum R. P. Theodulus Asensio Roales.

Provisio Domus de "San Manuel y San Benito".

Electus fuit in Priorem R. P. Franciscus Valcarce García.

In Subpriorem et Sacristam R. P. Fidelis Otero Díez.

In Procuratorem R. P. Lr. Js. Desiderius García García.

Provisio Collegii S. Augustini de Ceuta.

Electus fuit in Priorem R. P. Emmanuel Fernández Rodríguez.

In Subpriorem R. P. Ioannes B. Soto Alvarez.

Provisio Collegii S. Augustini de Santander.

Electus fuit in Priorem R. P. Iosephus Ramírez Simón.

In Subpriorem R. P. Lr. Js. Attilanus Sanz Pascual.

Provisio Collegii B. M. V. de Bono Consilio.

Electus fuit in Priorem R. P. Caesar Vaca Cangas.

In Subpriorem R. P. Samuel Díez García.

In Procuratorem R. P. Ambrosius J. Cilleruelo.

Provisio Domus S. Augustini de Cádiz.

Electus fuit in Priorem R. P. Salvator Gutiérrez Alonso.

In Subpriorem R. P. Clemens Fernández Suárez.

Provisio Domus de Puerto de Sta. María.

Electos fuit in Priorem R. P. Lr. Js. et Ex-Prov. Theodosius Tijero Vázquez.

In Subpriorem R. P. Lr. Aemilianus del Cueto Pérez.

Provisio Domus de Talavera de la Reina.

Electus fuit in Priorem R. P. Mag. Nemesius González Bardón.

Provisio Collegii S. Augustini de Palencia.

Electus fuit in Priorem R. P. Caesarius Alvarez Nieto.

In Subpriorem R. P. Abilius Rabanal García.

In Procuratorem R. P. Paulinus Marcos García.

Provisio Vice-Provinciae Brasiliensis.

In Commissarium electus fuit R. P. Benjamín Mallo Beltrán.

In Consiliarium primum R. P. Domitianus Bardón Cebrián.

In Consiliarium secundum R. P. Theodorus Estalayo Pérez.

In Consiliarium tertium R. P. Marianus de la Mata Aparicio.

In Oeconomum Vice-Provinciae R. P. Vitus Fernández Pérez

In Priorem Collegii S. Augustini de Sao Paulo R. P. Josephus Carmelo Manzanares.

In Parochum de Sao Paulo electus fuit R. P. Laurentinus Gutiérrez Alonso.

In Priorem Domus-circumscriptionis de Río Verde electus fuit R. P. Emmanuel García Salagre.

In Priorem Domus-circumscriptionis de Río Verde electus fuit R. P. Barnabas Girón Gamón.

In Priorem Domus-circumscriptionis de Nova Granada reelectus fuit R. P. Theodorus Estalayo Pérez.

In Priorem Collegii de Schmidt electus est R. P. Michael Revilla Valbuena.

In Magistrum Educandorum R. P. Michael Lanero Villadagos.

Provisio Vice-Provinciae Argentinensis

In Commissarium electus fuit R. P. Isaac Cruzado Aránguiz.

In Consiliarium primum R. P. Lr. et Ex-Provincialis Bruno Ibeas Gutiérrez.

In Consiliarium secundum R. P. Lr. Augustinus García Fernández.

In Consiliarum tertium R. P. Richardus Llamas García.

In Oeconomum Vice-Provinciae R. P. Bonifatius Mata Vaquero.

In Priorem Collegii S. Augustini de Buenos Aires electus fuit R. P. Lr. et Ex-Prov. Bruno Ibeas Gutiérrez.

In Parochum de Buenos Aires electus fuit R. P. Lr. Augustinus García Fernández.

In Priorem Domus de Alvarez electus est R. P. Ioannes Vallujera Hontoria.

In Priorem Collegii B. M. V. de Bono Consilio de Chivilcoy electus est R. P. Ludovicus Galende Andrés.

In Priorem Domus B. M. V. a Columna de Rosario electus est R. P. Richardus Llamas García.

In Priorem Domus de Mendoza electus fuit R. P. Gabriel Riesco Cano.

Electiones aliorum Officialium

In Oeconomum Provinciae electus fuit R. P. Ildefonsus Ramos Bartolomé.

In Examinatores Novitiorum RR. PP. Prior Conventus Stae. Mariae de Vite, Magister Novitiorum et Magister Fratrum Laicorum electi fuerunt.

In Examinatores ordinandorum, confessoriorum et pro examine quinquennali electi sunt RR. PP. Prior, Studiorum Regens et antiquior gradu scholastico Conventus Stae. Mariae de Vite.

In Chronographum Provinciae reelectus fuit R. P. Lr. Js. Attilanus Sanz Pascual.

In Revisores librorum edendorum electi sunt RR. PP. Julianus

Negrete de la Peña, Herminius Rodríguez González et Desiderius García García.

Hace sunt, Revme. Pater, Capituli nostri electiones et acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad podes P. V. Revmae. submisae provolvimur, humiliter obsecrantes ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur.

Deus Opt. Max. P. V. Revmam. Eremitico Ordini diu servet incolumem.

Datum Matriti, die 19 julii ann. 1948.—*Fr. Carolus Vicuña*, Capituli Praeses.—*Fr. Félix García*, Prov. elect.—*Fr. Emmanuel Alvarez Gutiérrez*, Prov. emeritus.—*Fr. Thuribius de Castro*, Primus Definitor.—*Fr. Sanctes Santamarta*, Secundus Definitor.—*Fr. Iulianus Negrete*, Tertius Definitor.—*Fr. Leovigildus Tabernero*, Quartus Definitor.

N O S

P. FR. AEMILIANUS BARTOLOZZI, *S. Theologiae Magister*, Ordinis Eremitarum S. Augustini Commissarius Generalis.

Adm. Rev. P. Fr. Felici García Vielba, Priori Provinciali Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania, salutem in Domino pluriman.

Perspensis Actis Capituli Provincialis Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania mense Iulio proxime elapso in conventu Matritensi celebrati, omnes et singulas actiones, electiones et determinationes in iisdem Actis insertas, tenore praesentium et auctoritate Nobis commissa, atque de consilio Ven. Nostrae Curiae confirmamus et approbamus illasque ratas et firmas esse et haberi volumus et mandamus.

Datum Romae, ad S. Monicæ, die 17 Septembris 1948.—*Fr. Aemilianus Bartolozzi*, Commissarius Generalis.—*Fr. Reginaldus Schraml*, Ordinis Subsecretarius.

Concordat cum originali in Archivo Provinciae asservato.

In fidem, etc.

Datum Matriti, die 2 octobris 1948.

Fr. Matthæus Lanseros

Prov. Secretarius.

Congregatio intermedia Provinciae Augustiniana Ssmi. Nominis Iesu in Hispania

In nomine Domini Nostri Iesu Christi benedicti. Amén

Anno Nativitatis eiusdem millosimo nongentesimo quinquagesimo, mense februarii, celebrata fuit Congregatio Intermedia huius Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania Ord. Eremitarum S. P. N. Augustini in Conventu matritensi vulgo «San Manuel y San Benito» ab Adm. R. P. Lect. Fr. Felice García Vielba, dictae Provinciae Priore Provinciali, in diem decimam sextam supradicti mensis indicta, ad quam die praedicta convenerunt septem Definitorii Patres, videlicet: Adm. R. P. Lect. Fr. Félix García Vielba, Prior Provincialis; R. P. Lect. Fr. Emmanuel Alvarez Gutiérrez, Provincialis absolutus; R. P. Lect. Fr. Herminius Rodríguez, Capituli Praesidis substitutus; R. P. Lect. Fr. Turibius de Castro Sampedro, Primus Definitor; R. P. Lect. Fr. Sanctes Santamarta del Río, Secundus Definitor; R. P. Lect. Fr. Iulianus Negrete de la Peña, Tertius Definitor; R. P. Fr. Leovigildus Tabernero Mateos, Quartus Definitor.

Eadem die, Missa de Spiritu Sancto votiva tanquam pro re gravi celebrata, servatisque in Constitutionibus Ordinis praescriptis, congregati fuerunt definitorialiter omnes supradicti septem RR. Patres, et auctoritate eis concessa ea quae sequuntur statuerunt, ac publice notificare mandarunt.

RESOLUTIONES SEU SENTENTIAE

I. Visis Rescriptis a Sacra Congregatione concessis emptio- nis ac erectionis canonicae novae Domus matritensis, haec Domus acceptata est tanquam domus Provinciae sub denominatione «Resi- dencia Universitaria *Fr. Luis de León*».

II. Concessa a Sacra Congregatione erectione canonica Do- mus in civitate v. Montevideo, perpensis litteris Excmi. ac Revmi. D. Archiepiscopi illius civitatis datis die 5 mensis ianuarii anni 1950, acceptata est Paroecia sub titulo «Santa Rita de Casia», iuxta conditiones ab oedem Excmo. ac Rvmo. Praesule propositas.

III. Approbatae fuerunt rationes dati et accepti pro aedifi- catione Collegii S. Augustini de Palencia et Domus de Puerto de Santa María, quarum examen in praeterito Capitulo commissum fuit R. adm. P. Provinciali cum suo Definitorio.

IV. Confirmatae sunt renuntiationes quas de eorum officio R. adm. P. Provinciali praesentaverant RR. PP. Samuel Diez Gar- cía, Desiderius García García, Barnabas Girón Gamón, V. tus Fer- nández Pérez et Richardus Llamas García, quae omnes renuntia- tiones iam a Ven. Definitorio privato admissae fuerant.

V. Approbati sunt ecclesiasticorum studiorum cursus PP. Iesus Beltrán Ayuso, Zephyrini Aliste Mezquita, Emmanuelis González Provedo et Fr. Petri Cabero Arias.

ELECTIONES ET CONFIRMATIONES

Provisio Conventus Stae. Mariae de Vite.

Electus fuit Magistrum Conversorum postulantium e Oblato- rum R. P. Lect. Fr. Iosephus Ruiz Vallejo.

In Sacristam R. P. Ioannes Alvarez González.

Confirmati fuerunt: In Consiliarios R. P. Lect. Fr. Herminius Rodríguez González et RR. PP. Theodulus Asensio Roales et Aemilianus López Bravo.

In Magistrum Fratrum Professorum R. P. Ioannes Alvarez González.

In Magistrum Caeremoniarum R. P. Aemilianus López Bravo.

Provisio Domus v. «San Manuel y San Benito».

Confirmati sunt: In Consiliarios RR. PP. Lects. Ji. Fr. Desiderius García García et Fr. Caesar Morán Bardón.

In Oeconomum R. P. Lect. Fr. Ildefonsus Ramos Bartolomé.

In Depositarium R. P. Fidelis Otero Díez.

Provisio Collegii S. Augustini de Ceuta.

Electus fuit in Oeconomum R. P. Aurelianus Panchón Otero.

Confirmati fuerunt: In Consiliarios RR. PP. Ioannes Ba. Soto Alvarez et Firminus Fernández Moreno.

In Depositarium R. P. Ioannes Ba. Soto Alvarez.

Provisio Collegii S. Augustini de Santander.

Confirmati sunt: In Consiliarios RR. PP. Iosephus Galende Sandín et Antoninus Pérez Martínez.

In Oeconomum R. P. Antoninus Pérez Martínez.

In Depositarium R. P. Iosephus Galende Sandín.

Provisio Collegii B. M. V. de Bono Consilio.

Confirmati sunt: In Subpriorem R. P. Ambrosius de Cruz Bratos.

In Consiliarios RR. PP. Isidorus Martín Vara, Iosephus Arcos Dulanto et Andreas Castrillo Bravo.

In Depositarium R. P. Lect. Fr. Salvator García Fernández.

Provisio Domus de Cádiz.

Confirmati sunt: In Consiliarum R. P. Hilarion García García.

In Oeconomum R. P. Clemens Fernández Suárez.

In Depositarium R. P. Hilarion García García.

Electus fuit in Consiliarium R. P. Lect. Fr. Marianus Martín Gago.

Provisio Domus de Puerto de Santa María.

Confirmati sunt: In Oeconomum R. P. Lect. Fr. Aemilianus del Cueto Pérez.

In Depositarium R. P. Lect. Fr. Ioannes Avila Rodríguez.
 In Consiliarium R. P. Lect. Fr. Ioannes Avila Rodríguez.
 Electus fuit in Consiliarium R. P. Lect. Js. Fr. Thomas Igelmo
 Campo.

Provisio Collegii S. Augustini de Palencia

Confirmati sunt: In Priorem R. P. Lect. ac Def. Fr. Iulianus
 Negrete de la Peña.

In Depositarium R. P. Lect. Js. Fr. Gabriel Pérez Suárez.

In Consiliarium R. P. Michael García Suazo.

Electus fuit in Consiliarium R. P. Lect. Js. Fr. Antonius Al-
 varez Arias.

In Magistrum Oblatorum Studentium R. P. Lect. Fr. Leonar-
 dus González González.

In Magistrum Conversorum postulantium et Oblatorum R. P.
 Eduardus Moreno Rica.

Provisio Vice-Provinciae Brasiliensis.

Confirmati sunt: In Oeconomum Vice-Provinciae R. P. Do-
 mitianus Bardón Cebrián.

In Priorem Domus-circumnscriptionis de Río Verde R. P. An-
 gelus Cosgaya Mancebo.

Provisio Vice-Provinciae Argentinensis.

Confirmati sunt: In Priorem Domus «Santa Rita», de Monte-
 video, R. P. Ioannes Domínguez González.

In Parochum de Alvarez R. P. Ioannes Vallujera Hontoria.

In Parochum de Chivilcoy R. P. Ludovicus Galende Andrés.

In Parochum de Mendoza R. P. Gabriel Riesco Cano.

In Priorem et Parochum Domus B. M. V. Columna de Rosa-
 rio R. P. Ambrosius Alonso Rodríguez.

Haec sunt, Reverendissime Pater, Congregationis nostrae In-
 termediae resolutiones, electiones, confirmationes et acta, pro quo-
 rum approbatione et confirmatione P. V. Reverendissimae nostrae
 humillimae porriguntur preces. Divinam interim Maiestatem pro
 vestra incolumitate ac diuturna felicitate deprecamur.

Datum in Conventu nostro matritensi die decima nona mensis februaryi anno millesimo nongestesimo quinquagesimo.

Fr. Felix García, *Prior Provincialis*.

Fr. Emmanuel Alvarez Gutiérrez, *Provincialis absolutus*.

Fr. Herminius Rodríguez, *Cap. Pres. substitutus*.

Fr. Turibius de Castro, *Primus Definitor*.

Fr. Sanctes Santamarta, *Secundus Definitor*.

Fr. Iulianus Negrete, *Tertius Definitor*.

Fr. Leovigildus Tabernerero, *Quartus Definitor*.

N O S

P. Fr. Ioseph Hickey, S. Theologiae Magister, Ordinis Eremitarum S. Augustini Prior Generalis.

Adm. R. P. Lect. *Fr. Felici García*, Priori Provinciali Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania.

Salutem in Domino plurimam!

Tenore praesentium Nostrique muneris auctoritate atque de consilio Ven. Curiae approbamus et confirmamus Acta Congregationis Intermediae Provinciae Ssmi. Nominis Iesu in Hispania, Te praeside, die 16 Februaryi 1950 in conventu matritensi v. «San Manuel y San Benito», celebratae.

Datum Romae, ad S. Monicae, die 4 Martii 1950.

P. Fr. Ioseph Hickey
Prior Generalis.

Fr. Ignatius Arámburu
Ordinis Secretarius.

Concordat cum originali in Archivo Provinciae asservato.
In fidem, etc.

Datum Matriti, die 5 aprilis 1950.

Fr. Matthaeus Lanseros
Prov. Secretarius.